e-codices

S ed me eſſe huiuſ credidi ego hunc cenſebam eſſe te
h uic ē̄t exhibui negotium queſo ignoſcaſ ſi quid ſtulte dixi atq;
I mprudenſ tibi. Men so. Delirare mihi uidere nō comeminiſti
S imul te hodie mecum exire ex naui. Meſſ equum poſtulas
T u heruſ eſ. tu ſeruom quere. ſalueto tu. Tv uale
H unc ego eſſe aio menechinum. Men at ego me. Meſ q̄ hec fabula eſt
T u eſ menechinuſ. Men so. me ē̄e dico moſco prognatum p̄re
Men T u nam meo patre eſ prognatuſ. Men so immo equidem adoleſcens
N ec tuum tibi neq: occupare neque precipere poſtulo
Mes D ij imortaleſ ſpem inſperatam date mihi quam ſuſpicor
N am niſi me animus fallit hi ſt gemini germani duo. nā & p̄r̄e
E t matrem cōmemorant pariter q fuerun ſibi
S ed uocabo hervm menechine. Men quid viſ Meſ non ambos volo
S ed uter uoſtrvm eſt aduectus naui mecum. Men non ego
Meſ A t ego te uolo ig huc concede. Men so concelli. Qvid eſt
Meſ I llic homo aut ſicophanta aut geminvſ aut frater tuus
N am ego hominem homini ſimiliorem nunq̄ vidi alterum
N ec aqua aque nec lacte lacti crede mihi vſquam ſimilius
Q uam hic tui eſt tuq; huius. Poſtea autem eandem patriā ac patrem
M emorat. meliuſ noſ adire atq; hunc percuntarier
Men H ercle quin tu me admonviſti recte & heo gratiam
P erge operam dare obſecro hercle liber eſto ſi inuentus.
H unc fratrem mevm eſſe ſpero. Meſ et ego idem ſpero fore
Q uid aiſ tv: menechinum opinor te uocari dixeraſ Men so ita ūo
H uic item menechino nomen eſt. in ſicilia ſyracvſis natū eſſe dixiſti
H ic natvſ eſt ibi. moſcū tibi p̄rem fuiſſe dixti. huic itidem fvit
N unc operam poteſtis ambo mihi dare et uobiſ ſimul. Men promeruiſti
V t nequid ores quod uelis quin impeſtreſ. Meſ tanq̄ ſi me emeris
A rgento liber ſeruiuo tibi ſpeſ mihi eſt uos inventuros fr̄eſ
G ermanos duoſ geminoſ vna matre natoſ et patre vno uno die
Men M ira memoraſ utinam efficere quod pollicitus poſſis. Mes poſſum ſʒ nc
A gite uterque id quod rogabo dicite. Men vbi lubet roga reſpondebo
N ihil reticebo quod ſciam. Meſ eſt t̄ nomen menechinus. Men fateor
Meſ E ſt itidem tibi. Men eſt. Meſ patrem fuiſſe moſcum t̄ aiſ Men ita ūo. Men s et m̄
Meſ E ſ ne tu ſyracuſanus. Men certo. Meſ quid tv Men so quippin Meſ optime
V ſque adhuc conueniunt ſigna porro operam date quid longiſſime

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 136v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/136v)